



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 33. De Prouidentia Dei in exaudiendis nostris orationibus, ijsq[ue]
opportunè expediendis: quantumq[ue] sit hoc beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

nisi gratias etiam pro illis egissem. Gratias tibi benefactor supreme, propter bonū, quod mihi confers, occultè me liberans à malis, quæ facerem, & miseris, in quas inciderem, nisi ea auerteres. Perge Domine in supremo hoc beneficio, vt tali providentia, certa sit mea perseuerantia in gratia tua, & coronam obtineam gloriæ. Amen.

MEDITATIO XXXIII.

DE PROVIDENTIA DEI,
in exaudiendis nostris Orationibus,
& tempore expediendis:
& quantum hoc sit beneficium.

PUNCTVM I.



CONSIDERANDVM primò, quod providentia diuina acceperit ORATIONEM tanquã instrumentum & medium præstantissimum, ad ea exequenda, quæ ipse circa hominũ gubernationẽ designauit, tã in rebus de quibus hætenus diximus, quã in aliis de quib⁹ postea dicemus. Nã videns ipse quã multa dona nobis desint corporalia & spiritualia, tẽporalia & æterna, & multitudinẽ malorũ, quib⁹ subijcimur in corpore & anima; nec nobis suppetere vires

I.

S. Thom. 2.

2. 7. 38. a. 2.

Et 1. p. q. 23

a. 8.

ad consequenda bona, & nos expediendos a malis; statuit ORATIONEM esse medium ad vtrūque impetrandum aptissimum, promittens nobis se daturum quidquid peteremus, si tamen adsint circumstantiæ, quas adesse oportet, & ita dixit Christus Dñs noster, *petite & dabitur vobis, petite scilicet quod vobis deest, & dabitur vobis. Omnia enim qui petit accipit.* circa quod illud perpendā, quod ORATIO fit ad hoc totum, efficacissimum mediū, suauissimum, & vniuersalissimū, *Efficacissimū* est, quia vt alias dictum est, inquitur verbo & promissioni Dei, qui non potest deesse, quia est summè fidelis in implendo quod dicit; & simul omnipotens, ad præstandū, quod promittit. Est medium *suauissimum*, quia nihil suauius aut facilius est, quàm quod mihi deest, petere ab eo, qui me amat, & iubet vt petam: magisque optat ipse dare mihi quod peto, quàm ego cupiam illud accipere. Est etiam *vniuersalissimū*, quia valet ad impetranda omnia bona, quæ mihi expediunt; & liberandum me ab omnibus malis, quæ mihi nocent.

2 Mat. 7. 7.
a Luc. 11. 10

Part. 4.
Med. 18. &
19.

II.

DEINDE est mediū diuinæ prouidentia, ad exequenda opera, quæ proueniunt ab attributis & perfectionibus diuinis superius positis. Est enim mediū, per quod bonitas diuina se nobis communicat; eius charitas nos amat; eius misericordia nobis subuenit; iustitia præmium reddit & mercedem; & omnipotentia eius exequitur quidquid eius sapientia designauit, & intendit: imò, si id opus

erit

erit, etiam mutabit & inuertet ordinem rerum naturalium, editis videlicet prodigijs & miraculis. ORATIO enim impetrat à diuina omnipotentia lumen cæcis, vitam mortuis; cælosq; à suo cursu cessare facit, & res has in alias conuertit.

DENIQUE ORATIO est prouidentia diuina medium, ad ornandum & perficiendum creaturas, quas fecit in exordio mundi, in utilitatem hominū. Nam mediante oratione fecundat terram, pluuiam de Cælo mittit, pecora multiplicat & animalia vtilia; destruit verò noxia, cicurat fera, aufert pestes, aëres purificat, multa que alia præstat, que sunt propria omnipotentia Dei, qui hoc medio & via communicat, eo modo quo fieri potest, ipsam suam potentiam ijs, qui sine eo nihil possent.

O DEVS omnipotens, gratias tibi maximas, propter omnipotentiam ORATIONI communicatam, ad impetrandum à tua bonitate & misericordia quidquid suprema tua prouidentia disposuit. Allice me, Domine, ad hanc sanctam exercitationem: certus sum enim, si ego non b *amouero à me feruentem orationem,* b *Psal. 65. 20*
nec te misericordiam tuam amoturum.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandum, quòd prouidentia diuina liberalissimè nobis concedat quod petimus, si nobis sit vtile; magna verò charitate neget, quod nobis est

DEI liberalitas in exaudiendis Orationibus.

a *Matt. 7. 9.*
b *Luc. 11. 13.*

noxium: quia vult, Orationem esse mediū nobis vtile, nō perniciosum. Hanc veritatē patefecit Christus Dñs noster suis Discipulis, hac Parabola: a. b. *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidē porriget ei? aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? aut si petierit ouum, nunquid porriget ei scorpionem?* a. b. *si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dat a dare filijs vestris, quanto magis Pater vester qui in cœlis est, a dabit bona, & de Cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?*

I.

I N qua Parabola, CHRISTVS Dominus noster nos docet, quod sicut Pater petenti filio aliquid ad comedendum, non dat ei lapidem, quia non potest comedi, nec serpentem aut scorpionem, quia sunt noxia: Ita quando ego à Deo peto sanitatem, bona fortunæ, honorem, delicias aut rem aliam temporalem; si ipse nouit, id non fore animæ meæ vtile, sed potius noxium, non mihi dabit illud; quia, sicut Pater, me diligit, & paterno more denegat filio, quod esset illi futurum lapis scandali, in quem offenderet; & serpentem, qui malitiâ illum inficeret, & scorpionem, qui eius cōscientiam aliquo peccato morderet. Et talia mihi petēti denegare, est orationem meam exaudire. par est enim, quādo tale quid peto, eam adhibere in petendo conditionem: si illud sit mihi futurum vtile, & non perniciosum.

II.

ET eadem ratione, sicut parens petenti filio aliquid ad comedendum, dat illi quod est

necessa.

necessarium & conueniens, panem videlicet
oua, pisces, & similia: ita DEVS Dominus
noster dabit nobis quod petiuerimus; nec so-
lum quod est necessarium, sicut est panis, sed
etiam quod est decens & conueniens, sicut
sunt pisces & oua. Si enim, inquit, vos à natura
in maiù propensi, in hoc tamen bonù inclina-
tis, vt filijs vestris communiceris bona, quæ à
Deo recepistis; quantò magis Pater vester Cæ-
lestis, qui natura sua bonus est, & ad benefa-
ciendum omnibus propensus, dabit sua bona,
ea petentibus; præcipuè verò suum *spiritum*
bonum, eum scilicet, quo nos reddimur boni
& ad Spiritum sanctum recipiendum dispo-
nimur, à quo bonitas omnis procedit, & cum
quo vniuersa, quæ nobis sunt bona, adue-
niunt. Gratias tibi, Pater amantissime, ob
eam prouidentiam, qua mihi petenti dene-
gas quod nocet; concedis verò quod est utile:
& æquè te laudo pro vtroque, siquidem utrū-
que ab æquali tuo procedit amore. concede
ergo mihi, Domine; semper à te petere, quod
tibi placet; vt mihi semper des quod peto, pro
tua gloria & meo commodo, Amen.

DENIQUE perpendam infinitam supremæ
huius prouidentie liberalitatē, quæ in eo de-
prehenditur, quòd non dimittat orationē fi-
liorū suorum vacuā, quando ex ignorātia pe-
tunt, quod ipsis esset noxium, nam ita denegat
quod petitur, vt eius loco det aliud, ipsis multò v-
tilius; sicut Apostolo ter petenti, vt c. *stimulus* c. 2. *Cor. 12.*
carnis, qui ipsum colaphizabat, à se discederet, 8.

III.

quam-

Serm. 5. in
Quadrages.

quamuis id denegauerit dedit illi tamen rem multò meliorem, *suam* videlicet *gratiam*; ne ille stimulus illi noceret, sed potius prodesset, ipsum impellendo ad suam quærendam salutem, quamobrem S. Bernardus dixit: Nemo suam orationem contemnat; quia Deus ipse non contemnit; & antequam prodeat ex ore nostro, scriptam ille habet in libro suo, & indubitanter alterū è duobus possumus sperare: aut enim dabit, quod petimus, aut quod nobis noverit esse vtilius. O Deus animæ meæ, non volo meam orationem, vili pendere, quam tantum tu facis, Et quamuis parum valeat, quatenus à me prodit, valebit multum quatenus tibi innititur: in quo confido, quod nunquam à tua præsentia discedet inanis; sed aut dabis quod peto, aut quod meritò fuisset petendum.

PUNCTVM III.

TERTIÒ est consideranda Dei prouidentia, quoad opportunitatem largiendi, quòd petitur, quando scilicet magis expedit ad ipsius gloriam & ad nostrum bonum; quam oportunitatem neque præuenit, neque differt, sed omnino tunc quando oportet: propter quod forte dixit ipsemet Deus: *a in tempore accepto exaudiuite*, quando videlicet res mihi accepta magis erat & placebat. Et Sancti, qui aliquid de tali opportunitate nouerunt, petunt à Deo, suarum necessitatum remedium; *b Orabit* (ait David) *ad te omni San-*

a *Isai. 49. 2.*
2. Cor. 6. 2.

b *Psal. 31. 6.*

ctus

in tempore opportuno. Et quando premi se-
 vident, supplicat Deo, sicut idem David, vt
 tempus illud quo orant, opportunū sit in quo
 exaudiantur; *ego inquit c orationem meam ad* c *Psal. 68.*
te dirigo, Domine, sit, quæso, hoc tempus bene- 14
placiti tui, in multitudine misericordia tua;
exaudi me in veritate tua salutis, quam seruare
 soles in tuis promissis. Ex quo intelligam,
 Deum statim dare quod petitur, si ita expedit;
 & si peratur, sicut decet; & nisi obicem ponat
 qui accepturus est. Et hoc præcipuè nobis eue-
 nit, quando petimus ab eo veniam peccato-
 rum; ad quam obtinendam omne tempus est
 opportunum. & in his occasionibus locū ha-
 bet quod dixit Isaias: d *Tunc inuocabis, & Do-* d *Isaias 58. 9.*
minus exaudiet: clamabis, & dicet: ecce adsum.
 & vterius adhuc dicit: e *antequam clament,* c *& e. 65.*
ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego au- 24
diam. Alias verò, etiamsi audiat, nostrasque
 petitiones intelligat, & statuat petitioni an-
 nuere, differt tamen executionem in aliud
 tempus magis conueniens; aut quòd alius iu-
 sto nomine contrarium petat; sicut euenit
 Danieli, petenti liberationē sui populi; quem
 etsi audiuit statim Deus, distulit tamen *viginti* d *Daniel. 10. 13*
diebus illi rēpondere, eò quòd alter An-
 gelus contrarium peteret, in bonum Persa-
 rum, qui populum captiuum habebat; aut ec-
 iam differt, propter aliquod ex parte nostra
 impedimentum. culpæ v. g. in gratitudinis,
 aut tepiditatis in petendo, aut remissioris de-
 siderij; qua dilatione remouetur nostrum im-
 pedi-

pedimentam, quia augetur desiderium, & reddimur digni, qui accipiamus, quod petimus: ex quo apparet id totum in bonum nostrum dirigi. Laudetur, Pater mi, paterna tua prouidentia, tam quod petita concedas, quam quod concedere differas. Certus sum Domine, te etsi audire differas, non tamen tardare: nam etsi

g Habac.
2.3.

g *moram facias* iuxta meum desiderium, *non tamen tardas*, iuxta id quod mea exigit necessitas.

II.

DEINDE perpendami magni huius Domini liberalitatem, etiam cum prouidentia sua differt dare nobis, quod petimus. nam perseverantibus in petendo compensat illam moram, largiendo multo plus, quam petamus. Hoc monuit nos Christus Dominus, in parabola hominis *h media nocte accedentis ad amicis suum, ut peteret accommodari sibi tres panes*, qui etsi satis fice, primum a se repulit petentem; perseveranti tamen ad eius portam, amicus victus eius importunitate, *dedit illi non solum tres panes, quos petebat, sed etiam quotquot habuit necessarios*, eosque non accommodatos, sed donatos. Ita qui ad portas Dei, qui est verus noster amicus, accedit, quocumque tempore & hora id faciat, eius oratio auditur; quia Deus nunquam dormit; quamuis interdum infipidum det respōsum, sicut i *Cannanea*, ut fidem nostram & perseverantiam probet. quod si constanter perseveremus, dabit nobis multo plus, quam petuerimus. Dat enim nobis tres panes, Fidem videlicet,

h Luc. 11.5.

i Matt. 15.
26.

Spem,

Spem, & Charitatem, addens reliquas virtutes necessarias & conuenientes nostræ perfectioni; dat etiam tres panes quotidianos, Corporalem, quo nutritur corpus; Spiritualem gratiæ suæ, & sanctissimi Sacramenti, ad animæ contritionem. Accede, anima mea, confidenter ad portas Dei, qui tuus est verus amicus; pulsa instanter & perseveranter, non enim defatigatur ab eo, qui petit importunè, sed ab eo qui languidè ac repidè petit. quòd si fingat interdum, se dormire, id facit, quia delectatur audire te pulsantem cum maiori feruore, *quod petis, det tibi superabundanter.*

k Ephe. 3. 20

PUNCTVM IV.

QUARTO considerandum, quòd prouidentia Dei, hoc medio ORATIONIS, ad vniuersos homines se extendat, nemine excluso. generalis est enim, & ad omnes pertinet illa sententia Christi Domini nostri, *petite & dabitur vobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. omnis enim qui petit, accipit; & qui querit inuenit; & pulsante aperitur.* in qua promissione, mirum in modum relucet immensa largitas, & omnipotentia magni nostri Dei, nam cum in hoc vniuerso, innumeri sint homines, qui habeant innumera desideria, & innumeris premantur necessitatibus; accedentibus tamen etiam continuè pro remedio ad eius portas, omnibus attendit, omnium

a Matt. 7. 7
Luc. 11. 9.

audit

audit petitiones, atque si solus vnus esset, qui peteret; nec defatigatur vnquam, aut afficitur tædio, propter multitudinem petentium, aut rerum etiam interdum in specie contrariarū, & quæ cum magna importunitate petuntur, quin potius hac vtraque multitudine delectatur. Manifestat autem hanc suam delectationem, repetitione horum trium verborū, quæ aliàs idem ferè significant; *Petite, Quærite, Pulsate*: quasi diceret, attendite quam ego vehementer cupiam, vt à me petatis, *Petite, Petite, Petite*. O Charitas immensa! ò largitas infinita! quid tua refert Deus meus, vt homines aliquid à te petant, quòd tanto affectu eos exhorteris, vt petant? Principes huius mundi defatigantur, & ægrè ferunt, quòd aliquid ab ipsis petatur: tibi graue est, quòd non petatur: illi non admittunt ad se nisi priuatos aliquos, aut nobiles regni sui; tu etiam vilissimos & abiectissimos totius mundi, ad petendum admittis: illi sæpè nolunt, aut nõ possunt dare, quòd ab eis petitur; tu semper vis dare quòd conuenit, quia bonus es; & semper dare potes, quia es omnipotens. Et quandoquidem omnes gaudent copiosa hac tua liberalitate, laudent omnes te propterea & glorificent in æternum, Amen.

II.

DEINDE considerandum est desiderium, quo tenetur Deus D. N. vt nos magno desiderio & feruore ab ipso petamus; ita vt nostrum desiderium, & feruor in petendo, sit similis ei, quo ipse tenetur ad nobis dandum; ideoq;

repe-

S. Aug. lib.
1. Retrac.
c. 19.

repetitione eorundem trium verborum Peti-
te, Pulsate, & Quærite, docet nos petere instā-
ter & feruenter: atque si diceret, petite in fide
& fiducia; quærite valde diligenter, & pulsate
perseueranter, nec à petendo desistite, donec
accipiatis quod petitis: quia *h oportet semper
orare. & non deficere.*

TERTIO est perpendendum, quòd non so-
lùm iusti, sed etiā peccatores hac prouidentia
gaudeant, & exaudiantur in suis orationibus;
modò quod bonum est, & in finem bonum, &
bono etiam modo adhibito, & cum perseue-
rantia petant, obicemq; remoueant impediē-
tem accipere quæ petuntur; nisi audire velint
illud Iacobi Apostoli; *Petit is & non accipitis,
quod quod male petatis.* Et Christus Dominus re-
spondebit quod aliquādo filijs Zebedæ: *c Ne- c Matt. 20
scitis quid petatis.* O Deus misericordissime, 22.
qui magna tua voluptate, *d voluntatem timen 3. Part. Me
tuum te facis, & deprecationem eorum exaudis; dit. 23.
concede mihi, ita semper tuam facere. ut effi- d Psal. 144.
ciar dignus, cuius tu voluntate annuas, quate- 19.
nus illa tua erit consona. procura, anima mea, e 1. Ioan. 3.
ne cor tuum te reprehendat, ob aliquam cul- 21.
pam, ut tua fiducia crescat, & digna sis exaudi- f Prou. 28. 9
ri: *f ne declines aures tuas ab audienda lege, & g & c. 21. 13
ab audiēdo clamore pauperis: ne Deus obturet
aurem suam, ut non audiat orationem tuam.**

DENIQUE perpendam Diuinæ prouidentie
suauitatem, in hoc medio adhibendo: nō enim
contentus est exhortari oēs ad orandū, & præ-
scribere ipsam orationē orādī; sed hoc ipsum

III.

c Matt. 20

22.

3. Part. Me

dit. 23.

d Psal. 144.

19.

e 1. Ioan. 3.

21.

f Prou. 28. 9

g & c. 21. 13

IV.

V l. Part. Med.

d d

facit

facit in particulari cum vnoquoque, occultis
suis inspirationibus nos impellendo ad id,
quod petere debeamus; imprimens nobis de-
siderium obtinendi, & feruorem petendi, &
ipsas rationes & titulos, quos possimus allegare
ad id obtinendum; iuxta illud Apostoli, h

hRom. 8. 26

Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Et quando hoc modo oramus, indicium est, quod
velit nobis Deus dare quod petimus. nam a
desiderio, quod ille habet illud nobis dandi,
orta est inspiratio, quae suggerit, ut tali modo

*Lib. 1. Dia-
log. 6. 8.*

petamus. Ideoque diuina praedestinatio (ait S.
Gregor.) ut ea, quae intendit, eueniant, vtitur
medio perfectae orationis. O Spiritus diuine,
cuius prouidentia me gubernat, gratias tibi,
ob curam quam de me geris, ne oratione praetermittam
Si non scio quid petere debeam, tu
me doces; si obliuiscor, tu mihi suggeris; si la-
xor, tu me excitas; si deficio, animum addis; si
desistere cogito, tu me perseverare facis, ut
petam, quaram, & pulsam, donec accipiam &
inueniam quod desidero. O Pater amantissimi-
mae, ostende erga me supremam hanc tuam
prouidentiam, dans mihi talem in oratione
spiritum, ut possim te vocare Patrem, & a te

obtinere quidquid mihi est necessarium,

ut sim tuus perfectus filius in

æternum, Amen.

(:)

MEDI-